

Josip Stritar:

SIROMAK — SENEX MENDICUS

Quidnam me, puer, adspicis stupenter?
Sum senex neque pol quidem venustus,
Frons rugosa mihi genaeque lassae,
Marcens sum miser atque semicaecus.

Possident homines domos et hortos,
Silvas prataque laeta, plaustra et agros;
Ast u r t i c a mea est viam secundum
Ac flos inter eas et hic et illic.

In vita patiebar usque dure;
Sub tectis aliorum eram quiescens,
Bruma me gelida sago tegebam,
Quod clemens mihi vir dedit carenti.

Mendicum, puer, hic vides egenum,
Utentem misera malaque sorte;
Me in terra manet hac salus benigna,
Gratam semper ubi quietem habebo!

Ljubljana.

Vertit: S. Kopriva.